maximū. Verum enimuero quoniā neqꝫ etatē tēis diem. neqꝫ horam nobis ſcire datū eſt. Per q̄ ſalutare fuerit. preparatos nos eſſe cū deo ſentientes. ⁊ mandatis eius obſequētes. nec diem differre tutū eſt. ſed inſipiēter factū poti⁹ exiſtimare. Pleroſqꝫ em̄ vidimus ſumma corpis incolumitate. viribus integris nihil tale metuentes morte repente interceptos. Contra nonnullos vſqꝫ ad medicorum deſperationē redactos conualuiſſe. Cum hec igiť omnia in dei tantū poteſtate ſint. nihil nobis reliquū videť. Niſi vt cum deo bene ſentientes eius preceptis vt p̄miſimus tum in omni vita. tum in vite termino maxime obediamus. Credimus firme om̄es q̄ deus hominem fecit ad imaginē ſui. Quid nobis facilius poteſt accidere. quam dimittere lu-teum corpus viciorum ſarcinam ⁊ ad eum euolantes redire. Qui nos non dedignatus eſt ad ſimilitudinem ſui facere. Quo ſpiritus diuino ipſius ſpiritu repletus diuinitatis particeps. ⁊ felicitatis eius agat eum perpetuo inter angelos ⁊ ſanctorum choros.

Morte nihil melius. vita nil peius iniq̄
O pma mors hominum. reqēs eterna
laborum
Tu ſenile iugum domino volente relaxas
Vinctorumqꝫ graues adimis ceruice cathenas
Exiliumqꝫ leuas. ⁊ carceris hoſtia frangis
Eripis indignis. iuſti bona partibus equans
Atqꝫ immota manes. nulla exorabilis arte
A primo prefixa die. tu cuncta quieto
Ferre iubes animo. promiſſo fine laborum
Te ſine ſupplicium. vita eſt carcer perennis

Quam fragilis ſit vita hominum. q̄ꝫ
plena malorum
Quā breuiſ. ⁊ miſ'a. voluite mēte cineſ
Et regna. nec comites poſſint depellere mortē
Ne iuuenū numer⁹. nec numerus ſenū
Ergo omnes iuuenes pueri cūctiqꝫ ſeneſqꝫ
Conſpiciant. omnis me tuať homo
Precipue q̄ me quondam videre potentem
Quos mors dira ſuo proſequiť gladio
Quid mihi diuitie. q̄d opes. q̄d gloria mundi
Profuerint. nunc ſum conſcius ipſe mihi
Quid iuuat argenti atqꝫ auri tenuiſſe talenta
Quid tenuiſſe agros. amplaqꝫ regna mihi
Nam cuncta hec regio metuebat nomina nr̄a
Horrebat famam imperiūqꝫ meum

Nunc lapidis ſeruus nunc me tenet improba
Tellus
Nunc bellum indicunt angues vermeſqꝫ meumqꝫ
Dilacerant corp⁹ oſſaqꝫ lecta iacent
Quāuis diuitis fuerit mihi magna poteſtas
Vt mea ſit priſcis eq̄peranda bonis
Non tamē his copijs potuit vita mea tueri
Quin mors eriperet meaqꝫ priuaret eis
Defleat hunc caſum ciuis oīs oīſqꝫ priuatus
Dent lacrimas cuncti dent gemituſqꝫ ſimul
Hanc inopes timeant diuites iuueneſqꝫ ſeneſqꝫ
Matres atqꝫ viri cuncta creata tremant
Ergo oēs quicunqꝫ legent hec carmina noſtra
Non dubitāt iam iam talia facta ſequi
Itaqꝫ te exhortor elegos q̄ legeris iſtos
Vt mors ſit cordi conſociata tuo

De extremo iudicio ac fine mundi

Diſpoſitōe ſummi dei ſic ordinatū eſt vt initiū ſtū hoc ſclm. decurſo tpm ſpacio terminū ſumat. Extinctaqꝫ protinus oī malicia. ⁊ pioꝝ aīs ad btām vitā reuocatis. qetū trāquillūqꝫ. pacificū. aureū deniqꝫ vt poete vocāt ſeculū dō ipō regnāte floreſcat. Impletis igiť tpib⁹ q̄ de⁹ mortui ſtatuit terminabiť ipa mors. Et q̄ tpalē vitā. tpalis mors ſequitur. Conſequens etenim eſt. vt etiam re-

ſurgant anime ad vitam perhennẽ. q̄ſi finẽ mors
tẽporalis accipit. Rurſus ſicut vita animi ſem-
piterna eſt. in qua diuinos ⁊ ineloq̄biles imor-
talitatis ſue fruct⁹ capit. Ita mors ei⁹ ꝑpetua
ſit neceſſe eſt in qua pennas penas ⁊ infinita
tormenta ꝑ peccatis pendit. Propinquãte ve-
ro huius termino ſeculi. ꝓdigia mirãda ꝑ oia
elementa mundi fient. Quib⁹ immunẽs exitus
vniuerſis gentib⁹ intelligat͛. Diuus q̄z Hieroni
mus ex annalib⁹ hebreoꝝ ſigna quindecim die
rum ante diem iudicij refert. an vero continui
ſint vel interpollati. non expreſſit. Prima die eri
get ſe mare cubitis q̄draginta. ſup altitudinem
montiũ. ſtans in loco ſuo quaſi mur⁹. Secun-
do tantũ deſcendet vt vix poſſit videri. Tertio
marine belue appꝛentes ſup mare dabunt ru-
gitus vſq̄z ad celum. Quarto ardebit mare ⁊ a-
que. Quinto herbe ⁊ arbores dabũt rorem ſan
guineũ. Sexto ruẽt edificia. Septimo petre ad
inuicem collident͛. Octauo fiet generalis terre-
remotus. Nono equabit͛ terra. Decimo exibũt
homines de cauernis. ⁊ ibunt velut amentes.
nec poterũt mutuo loq̄. Vndecimo ſurgent oſ-
ſa mortuoꝝ. ⁊ ſtabunt ſup ſepulchra. Duode-
cimo cadent ſtelle. Tertiodecimo morientur vi
uentes. vt cum mortuis reſurgant. Quartodeci
mo ardebit celum ⁊ terra. Quintodecimo fiet
celũ nouũ. ⁊ noua terra. ⁊ reſurgent oẽs. Ape
rient͛ igit͛ inferi ⁊ reſurgent mortui. de q̄bus iu
diciũ magnũ ipſe rex ⁊ deus fecit. Cũ dies iſte
finem fatalem accepit ⁊ mortales ad iudiciũ
immortalis dei venerũt. Veniet igit͛ ſummi dei
filius vt viuos ⁊ mortuos iudicet. Appꝛebit aũt
dñs in aere ſupra locũ vnde aſcendit. Inſtru-
menta quoq̄z mortis veluti triumphi vexilla.
crux. claui. lancea. Videbunt͛ quoq̄z eius cicatri
ces quinq̄z vulnerũ. Ac in valle Joſaphat oĩs
homo iudicabit͛. Sed cum mundi ⁊ mortaliũ
venerit iudiciũ. quod deus ipſe faciet iudicans
pios ſimul ⁊ impios. Tunc demũ impios qui
dem in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui autẽ pie-
tatem tenuerunt iterum viuent ſpũ dei. dante
honorẽ ſimul ⁊ vitã. Quod non modo ꝓphe-
te futurũ eſſe ex dei ſpũ. verum etiam vates et
philoſophi vt hidaſpes ex inſtinctu demonũ
cecinerũt. Nemo aũt querat queadmodũ fieri
poſſit. Nec enĩ diuinoꝝ operum poteſt reddi
ratio. Sed ſi a principio deus hominẽ neſcio q̄
inenerrabili modo inſtituit. Credamus ab eo
reſtitui veterem poſſe qui nouũ fecit. Sed infi
deles clamant ⁊ dicunt. Quomodo poteſt ca-
ro putrefacta cum diſſoluit͛. aut in puluere re-
uertit͛. Maris etiã interdũ ꝓfundo ſorbet͛. fluc-
tibuſq̄z diſpergit͛. colligi rurſum ⁊ reintegra-
ri in vnũ corpus. Et ex aia eadem homis opari
Ad quos reſponſionẽ ex ſermonib⁹ Pauli fa-
ciamus dicentis. Inſipiens tu quod ſeminas.
non viuificat͛. niſi prius moriat͛. ⁊ q̄d ſeminas
futurũ eſt. Seminos ſed nudũ granũ tritici aut
alicuius ceteroꝝ ſeminũ deus aũt dat ei corpus
ꝓut vult. Quod cũ in ſeminibus quos in terraz
iacis per annos ſingulos fieri vides. hoc in tua
carne que lege dei ſeminat͛ in terra futurũ eſſe
non credis. Cur queſo tam anguſt⁹ ⁊ inualid⁹
diuine potentie eſtimator es. vt diſperſum vni
uſcuiuſq̄z carnis puluerem in ſuã rõnem colligi
⁊ reparari poſſe non credas. An non cenſeas
cũ videas ꝙ etiã mortale ingeniũ demerſas in
profundum terre metalloꝝ venas rimat͛. Et ar
tificis oculis aurũ videt͛. in quo imꝑitus terraz
putat. Et cum auri eſſe ꝓpriam venã. ⁊ argen
ti aliã. Eriſq̄z longe diſparem. Ferri atq̄z plum
bi diuerſam. Intra ſpeciem terre latere mortale
deprehendat ingenium diuina virtus inuenire
poſſe ac diſcernere non putabit͛ vniuſcuiuſq̄z
carnis ꝓprium ſenſuz etiã ſi videat͛ diſperſus
Sed ad hec temptemus aias que intellectu de-
ficiũt naturalibus rationibus adiuuare. Si q̄s
ſemina diuerſa in manu ſua ꝑmiſcerat. ⁊ hec in-
diſcrete ſeminat. vel paſſim ſpargat in terram.
nonne vniuſcuiuſq̄z ſeminis granũ. quocũq̄z lo
ci iactũ fuerit competenti tempore ſꝫm nature
ſue ſpeciem germen producet. vt ſtatuz ſue for
me ſuiq̄z corporis reparet. Ita ergo vniuſcui-
uſq̄z carnis ſubſtantia q̄uis varie diuerſeq̄z di
ſperſa ſit. ratio tamen ipſa que ineſt vnicuiq̄z
carni eſt immortalis. quia immortalis aie ca-
ro eſt. et eo tempꝛe quo ſeminãtis in terrã ꝓmo
veri dei voluntati arriſit. collectum vero ter-
re atractumq̄z ſubſtantie ſenſum reddit ac re-
parat in illam ſpeciem. quam mors aliquando
diſſoluerat. Et ita fit vnicuiq̄z anime vt nõ ad
confuſum ⁊ extraneum corpus ſed ad ſuũ q̄d
habuerat reparetur. Conſequenter poteſt pro
agonibus preſentis vite. cum anima ſua caro
vel pudica coronari. vel impudica puniri. Nõ
autem renaſcentur. ſed reſurgent. Et ideo corpi
bus induentur. Et prioris vite factorumq̄z om
nium memores erunt. Et in bonis celeſtib⁹ col
locati ac fruentes iocunditate innumerabiliũ
copiarũ. preſenti deo gratias agant. ꝙ malum
omne deleuerit. ꝙq̄z eos in regnum vitamq̄z ꝑ-

petuam ſuſcitarit. Hec ſunt que a prophetis fu
tura dicuntur. Quorum teſtimonia ponere nõ
opus eſt. Cum tantam rerum multitudinem
menſura libri non caperet. Qui hec diligentius
voluerit ſcire. Ex ipſo fonte hauriat. ⁊ plura
q̄ꝫ nos in hijs libris compleri ſumus admirabi
lia requirat. Poſtq̄ꝫ tandem fuit terre morta
lium confuſio. Et ipſe omnipotens. cum vene
rit in ſolio iudicare omnes animas ⁊ munduꝫ
omnem. Eodem tempore fiet publica omniuꝫ
reſurrectio. Eritqꝫ corpus quod reſurget a mor
tuis incorruptibile ⁊ immortale. non ſolum iu
ſtorum ſed etiã peccatorum: Juſtorum qui
dem vt ſemper poſſint permanere cum chriſto
peccatorum vero vt abſqꝫ interitione ſua debi
tas luant penas. poſtremo iuſtus iudex per
petuitatem glorie iuſtis donabit. Impijs vero
perpetuitatẽ cõfuſionis ⁊ penas miniſtrabit Quo
rum corpora permanebunt ineternuꝫ. vt ſuffi
cere poſſint cruciatibus ⁊ igni ſempiterno. Cu
ius natura diuerſa eſt ab hoc noſtro. quo ad vi
te neceſſaria vtimur Qui niſi alicuius materie
fomite alatur extingnitur. At ille diuinus pſeip
ſum ſemper viuit ⁊ viget ſine vllis alimentis.
ac ſibijpſe eternum pabulum miniſtrabit. ac
ſenſum doloris afficiet. Quanta autem felici
tas exiſtimanda eſt. iuſtis ac pijs ſubtractis
hijs labibus terre. proficiſci ad illum equiſſi
mum iudicem parentemqꝫ indulgentiſſimum
qui pro laboribus requiem. pro morte vitam.
pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibꝰ
bonis. eterna ⁊ celeſtia largiatur. Vniuerſos
igitur oportet operam dare vt ſe vel q̄ꝫ pri
mum ad rectam viam dirigant. vel ſuſceptis
operatiſqꝫ virtutibus. huius vite laboribus pa
tienter exactis. conſolatorem deum habere me
reantur Pater enim noſter ac dominus qui cõ
didit firmauitqꝫ celum. qui ſolem cum ceteris ſi
deribus illuxit. Qui libratã magnitudine ſua
terram vallauit montibus. mare circumdedit
omnibuſqꝫ diſtinxit. Et quicquid eſt in hoc o
pere mundi conflauit. ac perfecit e nihilo. per
ſpectis erroribus hominum. ducem miſit qui
nobis iuſticie viam panderet. Hunc ſequamur
oẽs. hunc audiamꝰ. huic deuotiſſime pareamꝰ
Congrediamur cum hoſte quem nouimus for
titer vt victores. ac deuicto aduerſario trium
phantes premium virtutis quod ipſe promiſit
a deo conſequamur ⁊ in altiſſimum celum re
licto ſtellato per illam immenſam portã inſtar
iris ingrediamur. vbi vrbs illa beatorũ meiuiũ
atqꝫ dei. mater noſtra hieruſalem inmedijs ce
li campis apparebit. Hec vrbs vt verba Jo
hannis in apocalipſi ſonant. in ſe dei ⁊ lumen
eius ſimili lapide precioſo habet. Cuius mu
rus magnus ⁊ letus. habens portas duodecim
⁊ nomina ſcripta duodecim tribuum filiorum
iſrahel. quaternis lateribus prout ſunt partes
mundi. Murus ciuitatis que quadrata eſt ha
bet fundamenta duodecim ⁊ in ipſis nomina
duodecim apoſtolorũm fundamenta muri ci
uitatis omni lapide precioſo ornata. Jn enar
rabili igitur gaudio perfundimur. cum in pa
triam veram remigabimus. Ex qua oriũdi im
mo in qua orti ſumus ex meliore multoqꝫ pre
ſtantiori noſtri parte. Quantopere poſt lon
gum erumnoſum periculoſum exilium eas re
giones atqꝫ illa loca plena magnificentie. ⁊ ad
uentu noſtro gratulantia videntes exultabi
mus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ omnibus
qui hoc audiunt. Concedat dominus. fide quã
ſuſcepimus cuſtodita curſu cõſummato. ex pe
ctare iuſticie repoſitam coronam. ⁊ inuenire in
ter eos. qui reſurgunt in vitam eternam. libe
rati vero a confuſione ⁊ ſupplicio eterno per
chriſtum dominum noſtrum. per queꝫ eſt deo
patri omnipotenti. cum ſpiritu ſancto gloria
⁊ imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Completo in famoſiſſima Nuremberꝫ
genſi vrbe Operi de hyſtorijs etatũ mũ
di. ac deſcriptione vrbium. felix imponi
tur finis. Collectum breui tempore Auxilio do
ctoris Hartmanni Schedel. qua fieri potuit di
ligentia. Anno chriſti Milleſimo quadringen
teſimononageſimotertio. die quarto menſis iu
nij. ⁊c

Deo igitur optimo. ſint laudes
infinite in ſcl'a ſeculorũ. Amen.